Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



animus. et si iuxta fidei re
gulam hereticum in se non
correxit errorem. tamen con
pescuit ad tempus tyran
nicum a persequendo furorem.
Dum tam pro xpo
pios labores se tu
lisse. alter alteri denarra
rent et ad perseuerantie teno
rem salutaribus monitis in
uicem roborarent. indicat
ambrosius theonesto ad hoc
in eadem urbe quedam arri
ane contagionis super esse
reliquias ad quas funditus
extirpandas dicit oportere
eos unanimiter accingi.
et urbem immo et totam
ecclesiam hac dyabolica peste
purgari. Unde uterque scuto
fidei et gladio uerbi arma
tus. aduersus easdem besti
as dimicaturi procedunt.
resistentibus uiriter insistunt.
errore ueritate prosternunt
fidem astruendo perfidiam
destruunt. tandemque fauen
te xpo his expugnatis. et
confutatis. uictoria potiuntur.
Dum hec geruntur
diuinus ambrosius
auguste memorie princi
pem adiens theodosium iuni
orem denuntiat ei uiri dei
aduentum. indicans ei quos
quantos ue labores pro xpo
pertulit. et quanta contra
arriane perfidie beluas cer
tamina gessit referens quo
modo prius summe religio
nis et reuerentie presul. nunc
uero xpiane deuotionis e
xul. preferat interris pro xpo
peregrinari. quam ob here
ticam communionem in celis
a xpo separari. Addit quoque
ad cumulum glorie. non ei is
ta sufficere. nisi etiam trans
alpinam galliam appetat i
bique contra arrianas besti
as quas ibi audierat esse
confligat. unde et omnino
credibile eum ad martirii
palmam properare. Augustus
uero audita sancti uiri fide. so
ciorumque eius non minori con